

pium, versu 7, ante hoc verbum, et *ful in fine decem dierum*. TERT. Hebr., cum tulit illum : erat autem vincus manibus ferris. LOCUTUS EST, vel *predixerat*.

VERS. 5. — ET FUIT, etc., pro, idcirco evenit vobis ista calamitas (4).

VERS. 4. — PONAM, etc., id est, tui curam geram. (Sup. 52, 12.) SIN AUTEM MALUM EST, id est, si non est tibi gratum. RESIDE, vel, *desine venire*. Ad locum, etc., ad verbum *ad gratum in oculis tuis* (2). Hebraismus, pro, universa regio tibi proponitur; Gallicè: *Tout le pays est à ton commandement, va où tu voudras*.

VERS. 5. — ET NONDUM, etc., ad verbum: *Et adhuc ille non revertetur*; pro, adhuc enim ille non responderat se velle reverti in terram sanctam, cum ille jussit ut Jerusalem rediret; voluntatem enim Jeremie ex vultu deprehenderat, aut è morâ. (Vel per parenthesis legè: *Nondum enim reversus erat*. SYUOP.) VIATICUM (5). מַטְוִיִּן dicunt significare quidem manus, sed

opus erat, quæ ad eas quæ sequuntur narrationes non minus quam ad prophetias pertinet. Est igitur *sermo qui factus est* collectivè accipiendus de omnibus iis vaticiniis, quæ, unâ cum narrationibus, usque ad finem capituli 45, continentur. Quæ sub finem partis primæ, 59, 14, breviter commemorata erant, ea hoc capite uberius enarrantur. Quâ ratione. Namque vates venerit, non dicitur: sed probabili conjectura è rerum gestarum serie colligi potest.

(ROSENMULLER.)
(1) *FEKIT DOMINUS SICUT LOCUTUS EST, QUIA PREGAVIS DOMINO*. Ea explevit Deus, quæ tam sæpè vaticinatus es; gens enim tua Deum provocavit. Animadvertit, ultricem Dei manum in omnibus Hierosolymæ casibus à Nabuzardanò agnosci. Id frequenter nuntiaverant prophete, supremum judicem in Judæa severè adeo animadverturum, ut vel extraneis mirari sint, ac dicturi, ubi Hierosolyma pertransierint: *En urbem Domino nunquam non contumacem*.

(2) *SI PLECEAT TIBI UT VENIAS MECUM IN BABYLONEM, VENI, ET PONAM OCULOS MEOS SUPER TE: SI AUTEM DISPLECTI TIBI, RESIDE: ECCE OMNIS TERRA IN CONSPICU TUO EST*. Ecce clementer princeps militiæ, jussu Nabuchodonosor, ad Jeremiam. Sed noluit Jeremias comitari populum suum captivum in Babylonem; maluitque remanere cum reliquiis in terrâ Judæ, cum isilem iustis portæ in Ægyptum; quia magis erat his necessarius, tanquam doctor, et propheta, quam illis. Nam in Babylone jam erant Ezechiël, Daniel, et sacerdotum præcepti, pòntè ante illuc abducti. Nec putandum est, factum fuisse absque peculiari Dei dispositione, quod cum reliquiis remaneret in terrâ Judæ; videlicet, ut postea in Ægyptum abeuntes, non essent sine magistro, et doctore. (Estius.)

(3) *ET MECUM NOLA VENIRE*. Si tibi non placeat, et si non vis. Hæc verba Septuag. non legunt. Hebraei verò legunt aliter ad verbum: *Et adhuc ille non est reversus*. Quod R. Salom. exponit ad hunc modum. Quamvis hæc illi dixisset Nabuzardan, tamen volebat reverti, donec Deus illi dixit ut revertiretur. Melius R. David. Adhuc ille non revertebatur, id est, non significabat se velle reverti, et Nabuzardan suspiciens eum magis propensum esse ad revertendum, dixit illi, revertere. Vult enim significare Nabuzardan, cum vidisset cunctantem, dubitantemque Nabuzardan, cum preveniente, dixisset ut revertatur, et quod Godoliam habebat. Noster interpres, et Chald. Paraphrasis videntur legisse: *Et mecum ne venias. Apud Godoliam*. Creditur Godolias unus fuisse ex iis Judæis, qui Jeremie consilio ad Chaldaeos transigerunt, idcirco præfectum fuisse Judææ à rege Babyloniis, ut terram ab iis pauperibus qui relicti fuerant colen-

proprie de his quæ pertinent ad victum. Chaldaeos paraph. *minera et conmatum*.

VERS. 6. — IN MISPAD (4). (Vid. 2 Reg. 25, 25.)

VERS. 7. — PRINCIPES EXERCITUM. Cum Chaldaei obtinuisset urbem, fugerunt noctu bellatores quicumque fuerant intra civitatem, in campum: et constituerunt super se duces et gubernatores: et ei vocantur hic *principes exercituum*, seu *catervarum*. In agro autem dicit, id est, extra urbem, q. d., *qui loquentes in campis*. VITI EORUM. (Vid. 2 Reg., 25, 25.) ET PAUPERES, etc. (Vid. 2 Reg., 25, 12, et supra, 39, 19 (2).)

VERS. 9. — ET JURAVIT, id est, promisit illis jurando adhibito, salutem, et milibus eorum. Verba iurjurandi hic omittuntur, brevitatis causâ, ut 2 Reg. 25, 24.

VERS. 10. — HABITO, vel, *habitaturus sum*. UT STER CORAM CHALDAIS, ut astem Chaldaeis. Hebraismus, pro, excipiam Chaldaeos qui è Chaldaea venturi sunt ad nos: quibus fidjubebo pro vobis. ET FRUCTUS; fructus (æstivos, ut patet Schindlerus: vel autumnales, *le fruitage*, nam פֶּרִי accipitur pro *estate et autumno*, et jam facta erat messis (mense enim julio urbs fuit incensa. Grotius). Præterquam quod is preit vindemia, hic 12. (Vid. etiam infra, 48, 52.) IN VASIS VESTRIS, in penariis vestris. QUAS CEPISTIS, quas apprehendistis, sub. ad inhabitandum.

VERS. 11. — RESIDUUM, reliquias, id est, reliquias aliquot Judæos in Judâ, quibus præfessit Godoliam (5).

VERS. 14. — IN ANIMA, id est, plagâ animæ, quâ scilicet anima separatur à corpore, hoc est, vulnere lethali, q. d.: *Ut occidat te*. *Ut percussit animam tuam*; hoc modo pronomen affixum verbo, refertur debet ad nomen (vel sumi in obliquo sed præter regulas grammaticales, *isti*.) (4).

dam curaret, eosque gubernaret. *In medio populi*, id est, liberè. Hebraismus supra explicatus cap. 57, 4 et 4 Regum 4, 15. Idem Hebraismus vers. sequenti repetitur. (Maldonatus.)

(1) *VENIT... AD GODOLIAM... IN MASPATH*. Cur hic potius quam alibi sedem fixerit Godolias, non satis constat. Fortasse eum locum elegit, quod et proximum Hierosolymæ esset, et veteri apud incolas religione celebraretur. Quamobrem opportunissimum esse censuit, quo dissipantem gentem coheret. (Calmei.)

(2) *VERS. 8. — ET ISMAEL, scilicet Ismael*: et enim hic est expositum et enumerativum, captivorum pro *id est, vel scilicet*. (Cott. à Lep.)

(3) *VERS. 12. — JUDEI QUI ERANT IN MOAB, etc.* Qui se eò contulerant, (Calvius), cum Chaldaei advenissent, Anglie. Annot. Deus itaque temperavit vindictæ gravitatem, ut reliquæ manerent, etc. Calvius.

VERS. 15. — QUI DEGERANT IN AGRO, sub, *Jerosolymitano, vel Judaico*; non in urbe, quando fuit expugnata: sive, qui auferantur urbe expugnata. Hic repetit dicta vers. 7. (Vatablus.)

(4) *SCITO QUOD BAALIS REX FILIORUM AMMON MISIT ISMAEL, FILIUM NATHANÆ PERCUTERE ANIMAM TUAM*. Greci libri quidam hic habent: *Regina (mater) regis Ammon, tutelam scilicet vocatur potans, ita Ammonius domina*. Pro misit ipse ergo legerunt: *misit ipse*. Pro illo scito, in Hebræo est *an plane scies?* id est, an non intellexisti rem tanti momenti? Ismael iste Judæis

VERS. 15. — IBO NUNC, q. d.: *Per te mihi liceat ire* (4).

erat, ad regiam Davidis familiam pertinens, ut mox videbimus 41, 1. *Percutere animam* est vulnerare lethali, ut Genes. 37, 21. (Grotius.)

(4) *JOHANAN AUTEM DIXIT AD GODOLIAM SEORSIM: IBO, ET PERCUTIAM ISMAEL, NULLO SCIENTE, NE INTERFICIAT TE*. ET AT GODOLIAS: *NOLI FACERE VERBUM HOC, FALSUM ENIM TU LOQUERIS DE ISMAEL*. LOCUS hic moraliter docet cautionem, ne imprudenter cum Godolâ in gravi aliquo damnum incedamus. Nam quavis non liceat faciliè malum suspicari de proximo, et semper

CAPUT XLI.

1. Et factum est in mense septimo, venit Ismael filius Nathanæ, filii Elisamae, de semine regali, et optimates regis, et decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maspath: et comederunt ibi panes simul in Maspath.

2. Surrexit autem Ismael filius Nathanæ et decem viri qui cum eo erant, et percusserunt Godoliam filium Ahicam filii Saphan gladio, et interfecerunt eum quem præfecerat rex Babyloniis terræ.

3. Omnes quoque Judæos, qui erant cum Godolâ in Maspath, et Chaldaeos, qui reperti sunt ibi, et viri bellicatores percussit Ismael.

4. Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente,

5. Venerunt viri de Sichem, et de Silo, et de Samariâ octoginta viri, rasi barbâ, et scissis vestibus, et squallentes: et munera et thus habebant in manu, ut offerrent in domo Domini.

6. Egressus ergo Ismael filius Nathanæ in occursum eorum de Maspath, incedens et plorans ibat: cum tamen occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam.

7. Qui cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos Ismael filius Nathanæ circa medium lacu, ipse, et viri qui erant cum eo.

8. Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerant ad Ismael: Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro, frumentum, et hortel, et olei, et mellis. Et cessavit, et non interfecit eos cum fratribus suis.

9. Lacus autem in quem projecerat Ismael omnia cadavera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse est, quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israel: ipsum replevit Ismael filius Nathanæ occisis.

10. Et captivus duxit Ismael omnes reliquias populi, qui erant in Maspath: filias regis et universum populum, qui remanserant in Maspath: quos commenderat Nabuzardan princeps militiae Godolæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismael filius Nathanæ, et abiit ut transiret ad filios Ammon.

11. Audivit autem Johanan filius Caree, et omnes

propensiores esse debeamus, ut ejus facta magis in bonum quam in malum interpretemur, tamen propter periculum quod ab alio imminere potest, prudenter et circumspecte semper agendum est. Itaque Godolias, licet non debebat permittere, ut ex sola suspitione Ismael occideretur, tamen debuisset eum in custodia asservare: et causam diligenter inquirere, ut scilicet sibi cavere. Et hæc imprudentiam et stultam securitatem etiam Sapiens damnat, Proverb. 22, dicens: *Callidus videt malum, et abscondit se; innocens autem pertransiit, et afflictus est*. Vili callidus pro prudente, et innocens pro imprudente et incauto sumitur, ut eo loco etiam annotatum est. (Estius.)

CHAPITRE XLI.

1. Et il arriva dans le septième mois qu'Ismaël, fils de Nathanias, fils d'Elisamae, de la race royale, accompagné de quelques grands de la cour du roi, vint à Maspath avec dix hommes vers Godolias, fils d'Ahicam; et ils mangèrent ensemble dans cette ville.

2. Et Ismaël, fils de Nathanias, s'étant levé avec les dix hommes qui étaient avec lui, ils tuèrent à coups d'épée Godolias, fils d'Ahicam fils de Saphan, et ainsi firent mourir celui à qui le roi de Babylone avait donné le commandement de tout le pays.

3. Ismaël tua en même temps tous les Juifs qui étaient avec Godolias à Maspath, tous les Chaldéens qui se trouvèrent au même lieu, et tous les gens de guerre.

4. Le lendemain qu'il eut tué Godolias, sans que personne le sût encore,

5. Quatre-vingts hommes vinrent de Sichem, de Silo et de Samarie, ayant la barbe rasée, les habits déchirés, et le visage défiguré; et ils portaient dans leurs mains de l'encens et des offrandes, pour les présenter dans la maison du Seigneur.

6. Ismaël, fils de Nathanias, sortit de Maspath pour aller au devant d'eux: et il marchait en versant des larmes; et les ayant rencontrés, il dit: Venez voir Godolias, fils d'Ahicam.

7. Lorsqu'ils furent arrivés au milieu de la ville, Ismaël, fils de Nathanias, les égorgea, avec le secours de ses gens, vers le milieu d'une fosse.

8. Mais il s'en trouva dix d'entre eux qui dirent à Ismaël: Ne nous tue pas, parce que nous avons des trésors dans nos champs, des trésors de blé, d'orge, d'huile et de miel. Et Ismaël s'arrêta, et ne les tua point avec leurs frères.

9. Or la fosse dans laquelle Ismaël jeta tous les corps morts de ceux qu'il avait tués à cause de Godolias, est celle-là même que le roi Asa avait faite à cause de Baasa, roi d'Israël; et Ismaël, fils de Nathanias, la rempli des cadavres de ceux qu'il avait tués.

10. Et il fit prisonnier tout ce qui était resté du peuple qui était à Maspath, les filles du roi, tout le peuple qui y était demeuré, dont Nabuzardan, général de l'armée des Chaldéens, avait donné le soin à Godolias, fils d'Ahicam; et Ismaël, fils de Nathanias, les ayant tous pris, s'en alla pour passer vers les enfants d'Ammon.

11. Mais Johanan, fils de Carée, et tous les princi-

principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum, quod fecerat Ismahel filius Nathanie.

12. Et assumpti universi viri, profecti sunt ut bellarent adversum Ismahel filium Nathanie, et invenerunt eum ad aquas multas, quæ sunt in Gabaon.

13. Cùmque vidisset omnis populus qui erat cum Ismahel Johanan filium Caræ, et universos principes bellatorum, qui erant cum eo, letati sunt.

14. Et reversus est omnis populus, quem ceperat Ismahel, in Maspath: reversusque abiit ad Johanan filium Caræ.

15. Ismahel autem filius Nathanie fugit cum octo viris à facie Johanan, et abiit ad filios Ammon.

16. Tulit ergo Johanan filius Caræ, et omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, universas reliquias vulgi, quas reducerat ab Ismahel filio Nathanie de Maspath, postquam percussit Godoliam filium Achicam: fortes viros ad prælium, et mulieres, et pueros, et eunuchos, quos reducerat de Gabaon:

17. Et abierunt, et sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ est juxta Bethlehem, ut pergerent, et introirent Ægyptum,

18. A facie Chaldaeorum: timebant enim eos, quia percussisset Ismahel filius Nathanie Godoliam filium Achicam, quem preposuerat rex Babylonis in terrâ Juda.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit mense septimo, venit Ismael filius Nathaniah, filii Elisama de semine regio, et optimates regis, et decem viri cum eo, et percusserunt Gedaliahu filium Achicam in Mispah: et comederunt ibi panem simul in Mispah. — 2. Surrexit autem Ismael filius Nathaniah et decem viri qui erant cum eo, et percusserunt Gedaliahu filium Achicam filii Saphan gladio, et interfecit eum, quem preceperat rex Babel ipsi terræ. — 3. Et omnes Iehudeos qui erant cum eo, nempe cum Gedaliahu in Mispah, et Chasdim, qui inventi sunt ibi, viros, inquam, bellatores percussit Ismael. — 4. Et fuit die secunda quæ occidit Gedaliahu (nemo noverat), — 5. Venerunt viri de Sechem, de Silo, et de Somron octoginta viri rasâ barbâ, et scissis vestibus, et laceratâ facie; et munera, et thus erant in manu eorum, ut adducerent in domum Domini. — 6. Et egressus est Ismael filius Nathaniah in occursum eorum de Mispah, vadens eundo et flens; et fuit cum occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Gedaliahu filium Achicam. — 7. Et fuit cum venissent ad medium civitatis, jugulavit eos Ismael filius Nathaniah ad medium cisternæ, ipse et viri qui erant cum eo. — 8. Et decem viri reperti sunt inter eos, et dixerunt ad Ismael: Ne occidas nos, quia sunt nobis thesauri in agro, frumentorum, et hordeorum, et olei, et mellis. Et cessavit, et non interfecit eos in medio fratrum eorum. — 9. Cisterna autem in quam projicere fecerat Ismael omnia cadavera virorum, quos percussisset propter Gedaliahu, ipsa est quam fecerat rex Asa propter Basa regem Israel; ipsam replevit Ismael filius Nathaniah occisis. — 10. Et captivum duxit Ismael omne residuum populi, qui erat in Mispah; filias regis, et omnem populum qui remanserat in Mispah; quos commendaverat Nebuzar-adan magister laniorum Gedaliahu filio Achicam. Et captivos duxit eos Ismael filius Nathaniah, et abiit ut transiret ad filios Ammon. — 11. Et audivit Iochanan filius Caræach, et omnes principes exercituum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismael filius Nathaniah. — 12. Et assumpserunt omnes viros, et abierunt ut pugnarent cum Ismael filio Nathaniah, et invenerunt eum ad aquas multas, quæ sunt in Gibon. — 13. Et cum audisset omnis populus, qui erat cum Ismael, Iochanan filium Caræach, et universos principes exercituum, qui erant cum eo, letati sunt. — 14. Et verterunt se omnis populus, quem captivum duxerat Ismael, de Mispah; et reversi sunt et iverunt ad Iochanan filium Caræach. — 15. Ismael autem filius Nathaniah evasit cum octo viris à facie Iochanan, et abiit ad filios Ammon. — 16. Tulit autem Iochanan filius Caræach, et omnes principes exercituum, qui erant cum eo, omne residuum populi quem reducerat ab Ismael filio Nathaniah de Mispah postquam percussit Gedaliahu filium Achicam viros bellatores, et mulieres, et parvulos, et eunuchos quos reducerat de Gibon: — 17. Et abierunt, et habitaverunt in Geruth Chimham, quæ est juxta Beth-lechem, ut pergerent et ingredierentur Ægyptum. — 18. A facie Chasdim: timerunt enim à facie eorum; quia percussisset Ismael filius Nathaniah Gedaliahu filium Achicam, quem preposuerat rex Babel terra-

paux officiers de guerre qui étaient avec lui, ayant appris tous les maux qu'avait faits Ismaël, fils de Nathanias,

12. Priront tous les gens de guerre, et marchèrent pour combattre Ismaël, fils de Nathanias; et ils le trouvèrent auprès des grandes eaux qui sont à Gabaon.

13. Le peuple qui était avec Ismaël, ayant vu Johanan, fils de Carée, et les principaux officiers qui étaient avec lui, furent ravis de joie;

14. Et tous ceux qui avaient été pris par Ismaël à Maspath retournèrent, et allèrent vers Johanan, fils de Carée.

15. Mais Ismaël, fils de Nathanias, s'enfuit avec huit hommes de devant Johanan, et se retira parmi les enfants d'Ammon.

16. Johanan, fils de Carée, et tous les officiers de guerre qui étaient avec lui, ayant repris ainsi d'entre les mains d'Ismaël, fils de Nathanias, tout ce qui était resté du peuple qu'il avait pris à Maspath, après avoir tué Godolias, fils d'Achicam; ayant repris, dis-je, les gens de guerre, qui étaient vaillants, les femmes, les enfants et les eunuches qu'il avait ramènes de Gabaon,

17. Ils s'en allèrent tous ensemble, et s'arrêtèrent en passant à Chamaam, qui est près de Bethléhem, pour se retirer ensuite en Egypte,

18. Et se mettre à couvert des Chaldéens; car ils les craignaient beaucoup, parce qu'Ismaël, fils de Nathanias, avait tué Godolias, fils d'Achicam, à qui le roi de Babylone avait donné le commandement sur tout le pays de Juda.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — QUEM, vel quia illum, etc. (2)

VERS. 4. — NEMO NOVERAT, vel, idque nemine scienti (3), eorum scilicet qui incolabant Maspha.

VERS. 5. — VENERUNT, Hebr., et venerunt, id est, fama fuit venire Maspha octoginta viros. Vel, profecti sunt de Silo, Sichein et Samaria, quos fama erat venire Maspha. Aut, veniebant, adventabant: proinde egressus est de Maspha Ismael. ET LACERATA FACIE; et facie lacerâ, sub. unguibus, vel, incisâ. (Vid. inf., 48, 57.) Hi octoginta viri signa hæc luctus edere cœperunt in itinere ipso, quando audierunt templum directum et combustum fuisse à Chaldæis. Urbs enim capta fuit mense quarto, ut videtur supra, cap. 39, et templum combustum est mense quinto, 4 Reg., 25. Quando ergo hi octoginta viri se itineri accinxerunt, poterant audire famam urbis capte; at de templo vastato nihil audierant: alioqui non detulissent secum munera et thus oblationis causâ.

VERS. 6. — VADENS EUNDO ET FLENS, id est, flens inter eundem, hoc est, simulans se tristem eo ea quæ acciderant ipsi Jerusalem et templo, ut hæc viâ facilius imponeret incautus hominibus.

(1) Crudele spectaculum proponitur in hoc capite. Ostenditur quam ambitiosus fuerit, quam crudelis, avarus, astutus artifex ad simulandum et dissimulandum, aptus ad imponendum astu suo, Ismael regio genere natus, quique affectus suos pessimis comprimere non potuit; à quibus tamen eundem plurima deterrere debuerant, nempe urbs jam exusta, Judæica res collapsa, beneficia Chaldæi regis, mansuetudo Gedalie. Sed hæc omnia nihil effugunt: ut intelligamus omnium belluarum nocentissimum esse hominem perversum, permissum affectibus suis. Cavendum à talibus hominibus et ingenis. Scelus gravissimum est et semper habitum violare hospitalitatis amicitiam; sed tamen frequenter fit ut mala retulerint pessimis. (Munsterus.)

VERS. 1. — IN MENSE SEPTIMO. Ob casum Gedaliahu Judei induxerunt jejuniis mensis septimi, Zach. 7, 5, et 8, 19, sicut ob captum Sodeciaram, etc., jejuniis die sextæ mensis octavi, Tirinus. MENSE SEPTIMO, sive, post actionem Gedalie cum principibus illis; sive, post indicium insidiarum Ismaelis, ex collat. cap. præced. ISMAEL..... DE SEMINE REGALI. Ideoque alios spiritus gerebat, et indignum putans hominem novum sibi anteponi, etc. ET OPTIMATES (sub. aliquot) REGIS. Qui, vel ante obsidionem atque invasionem, vel tempore interrupte obsidionis, fugâ evaserant. ET DECEM VIRI CUM EO. Ad decem viri tanta patrare non poterant.

— Resp. 1^o Hi decem erant principes ante memorati, atque ita et hic valet, nempe, decem viri, etc. Ang. II, porro non solum venerunt, sed cum suo comitatu singuli. 2^o Hi decem, qui cum optimatibus illis de filorum famulis eodem patrârunt, erant sicarii, viri audaces et pugnaces, quos Itali bravos vocant, et quales Abimelech conduxit, Jud. 9, 4, qui credibus excepit sibi panes, vel, panem, id est, cibum; convivio excepti sunt, à Gedalia nihil sibi timente. Violavit ergo sacrum hospitii jus, etc. (Synopsis.)

(2) VERS. 5. — JUDEOS, etc., nempe ministros et familiares Gedalie, et qui se hinc facinorosi opposuerunt: non corpus populi non occidit, sed abduxit, etc. (Synopsis.)

(3) Hoc addit, ut det causam cur Sicheimite post eadem Geruth venire sint ausi: quia scilicet postriediæ post gradum nocte paratam, ideoque necdum per vicina loca famâ sparsam, venerunt. (Corn. à Lap.)

VERS. 7. — AD MEDIUM CISTERNÆ, juxta medium lacu. (Vatablus.) Et in medium lacu coniecit. Quod hi occisi non fuerint in foveâ ipsâ, sed occisi, et post in illam coniecit, clarum est ex 9 verso sequenti.

VERS. 8. — FRUMENTORUM, etc. Thesauri, inquam, frumenti et hordei, etc. Alii, nempe triticum, hordeum, etc. (1).

VERS. 9. — PROPTER GEDALIAHU. Ad verbum, in manu Gedaliahu. Hic significat, causâ Gedaliahu, vel ad manum, seu consilium, ipsi Gedaliah, id est, qui erant illi à consiliis dùm viveret. Sic 2 Samuel, 14, 19. Quidam vertunt, in loco, seu ad latas; juxta 1 Sam., 19, 5. PROPTER BASA. Ad verbum, à facie Basa, metu Basa. Vid. 1 Reg. 15, 22. Occisus, cadaveribus interfectorum (2).

VERS. (3) 12. — VIROS, id est, suos milites. ET INVENERUNT EUM, et offenderunt eum, aut, assecuti sunt (4).

VERS. 17. — IN GERUTH CHIMHAM, id est, in loco ubi peregrinatus fuit Chimham filius Berzellai; sonat enim גֵּרֻת peregrinationem. Chaldæus paraph. locum hunc scilicet verit: In Geruth quam dedit David ipsi Chimham

(1) HABEMUS THESAUROS IN AGRO. THESAURUM appellant, ex consuetâ Scripture locutione, quidam conditor aut servator, sive aurum, argentum, triticum, vinum, oleum, vestes, aliunde. Solent toto Oriente agricolæ messem annonæque profundis in scribitis condere, quas ea arte operant, ut humus minimè eversa esse videatur: quomobrem ab ipsis solimodò agnoscuntur. Huic morem hæc et in aliis quibusdam Scripture libris vides. (Calmet.)

(2) VERS. 10. — ET CAPTIVAS DUXIT ISMAEL, indignos Davide pronepos. GROTIUS. Id fecit, vel, ex composito cum rege Ammonitâ, vel, pro re natâ, cum videret se non posse resistere, etc., Calvinus. FILIAS REGIS SODECIE, quos Chaldæi in Judæâ reliquerant, quia nec ad arma valet is sexus; nec ad regnum jus sibi vendicare poterat. Vide infra, 45, 6. GROTIUS. At regium semen abductum fuisse ante legitimus. — Resp.: Pars tamen ex eo crepta erat cum urbs obsideretur sicut et ipse Ismael evaserat. Ad pauci homines non poterant hæc præstare. Apparet ergo ex h. I. Ismaelem progressu temporis majoribus copiis instructum quam antea: nam impia factio multos habet sequaces cum spes aliqua oblata est. Calvinus. UT TRANSIRET AD FILIOS AMMON, quorum incitatu scelera hæc patraverat. Illis forsasse pro mancipiis usus, vel Ammonitis mancipiorum. Ammonite autem illis nihil elemosinos fuissent quum Chaldæi, etc. (Synopsis.)

(3) VERS. 11. — ET OMNES PRINCIPES BELLATORUM, et omnes duces exercituum. Multi duces, fugiente rege Sodeciâ, hæc illic fugerunt, ex quorum numero hi erant. (Maldonatus.)

(4) VERS. 15. — LETATI SUNT, conspecto vindice sue libertatis. (Synopsis.)

VERS. 14. — ET REBUXERUNT, nempe illi qui cum Johanan erant. (Grotius.)

VERS. 15. — FUGIT. Sepè captivorum multitudine captivorum non oneri tantum, sed et periculo, fuit. Cum octo viris, quia duos amiserat, tentato frustra prælio. Ad filios Ammon; non sine maximo opprobrio, etc. (Synopsis.)

VERS. 16. — ET EUNUCHOS. Nam et hoc hominum genus, exemplo aliorum regum, Judei reges sibi circumdederant, quos, ut, nulli bono ausi, Chaldæi in Judæâ reliquerant. (Grotius.)

Berzellai Galaaditar. De hoc Chimham Galaadita, vide 2 Sam., 49, 58 (1).

(1) SEDERUNT PEREGRINANTES IN CHAMAAM, QUÆ EST JUXTA BETHLEHEM. Hebr. : *Consecraverunt in habitatione Chimhami, quæ est juxta Bethlehem.* David bello adversus Absolonum patrat, cum Berzellaium amicum suum seque secum Hierosolyma reducere non posset, filium ejus Chamaamum secum duxit, eo animo ut patris merita in loco remuneraret. Chm autem David patrimonium haberet in agro Bethlehémico, jus ibi

CAPUT XLII.

1. Et accesserunt omnes principes bellatorum, et Johanan filius Caree, et Jezonias filius Osaia, et reliquum vulgus à parvo usque ad magnum,

2. Dixeruntque ad Jeremiam prophetam : Cadat oratio nostra in conspectu tuo : et ora pro nobis ad Dominum Deum tuum, pro universis reliquiis istis : quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur :

3. Et annuntiavit nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, et verbum quod faciamus.

4. Dixit autem ad eos Jeremias propheta : Audivi : ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra : omne verbum, quodcumque responderit mihi, indicabo vobis, nec celabo vos quidquam.

5. Et illi dixerunt ad Jeremiam : Sit Dominus inter nos testis veritatis et fidei, si non juxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus.

6. Sive bonum est, sive malum, voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te, obediemus : ut bene sit nobis, cum audierimus vocem Domini Dei nostri.

7. Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Jeremiam.

8. Vocavitque Johanan filium Caree, et omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, et universum populum à minimo usque ad magnum.

9. Et dixit ad eos : Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, ut prosternerem preces vestras in conspectu ejus :

10. Si quisceentes manseritis in terrâ hæc, ædificabo vos, et non destruiam : plantabo, et non evellam : jam enim placatus sum super malo quod feci vobis.

11. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pavidi formidatis : nolite metuere eum, dicit Dominus : quia vobiscum sum ego, ut salvos vos faciam, et eruum de manu ejus.

12. Et dabo vobis misericordias, et miserabor vestri, et habitare vos faciam in terrâ vestrà.

13. Si autem dixeritis vos : Non habitamus in terrâ istâ, nec audiemus vocem Domini Dei nostri,

14. Dicentes : Nequaquam, sed ad terram Ægypti pergemus : ubi non videbimus bellum, et clangorem tubæ non audiemus, et famem non sustinebimus : et ibi habitabimus.

15. Propter hoc nunc audite verbum Domini, reliquæ Juda : Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel : Si posueritis faciem vestram ut ingrediamini Ægyptum, et intraveritis ut ibi habitetis :

16. Gladius, quem vos formidatis, ibi comprehen-

habitandi et fructus quosdam suos faciendi dedit Chamaamo; atque inde id rus nomen accepit. Consecraverunt autem ibi tantum et se pararent itineri de quo agunt sequentia. (Grotius.)

VERS. 18. — TIMEBANT ENIM, etc. Nec frustra; ne Chaldaei ex suspitione Judæos omnes in majestatis lesio crimine traherent, quasi qui principem sibi desiderassent ex stirpe Davidis, Grotius. Aliud tamen remediâ in promptu erat. Poterat se purgare, et culpam in auctorem conficere, et res satis comperita erat, etc. Deus etiam illis benedixisset, etc., Calvinus.

CAPITRE XLII.

1. Alors tous les officiers de guerre, Johanan, fils de Carée, et Jézonias, fils d'Osaïas, et tout le reste du peuple, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, s'approchèrent du prophète Jérémie.

2. Et lui dirent : Recevez favorablement notre humble supplication, et priez le Seigneur votre Dieu pour nous, pour ce petit reste de tout le peuple; car il en est demeuré très-peu d'une si grande multitude d'hommes, comme vous le voyez de vos propres yeux :

3. Afin que le Seigneur votre Dieu nous découvre la voie par laquelle nous devons marcher, et ce qu'il désire que nous fassions.

4. Le prophète Jérémie leur répondit : Je ferai ce que vous désirez; je vais prier le Seigneur votre Dieu, selon que vous venez de me le dire; et je vous rapporterai tout ce qu'il m'aura répondu, sans vous rien cacher.

5. Ils dirent à Jérémie : Que le Seigneur soit témoin entre nous de la vérité et de la sincérité de nos paroles, si nous ne faisons tout ce que le Seigneur votre Dieu vous aura donné ordre de nous dire.

6. Nous obéirons à la voix du Seigneur notre Dieu, auquel nous vous prions de vous adresser, soit que vous nous annonciez le bien ou le mal, afin que nous soyons heureux, après que nous aurons écouté la voix du Seigneur notre Dieu.

7. Dix jours après, le Seigneur parla à Jérémie :

8. Et Jérémie appela Johanan, fils de Carée, tous les principaux officiers de guerre qui étoient avec lui, et tout le peuple, depuis le plus petit jusqu'au plus grand :

9. Et il leur dit : Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël, auquel vous avez voulu que je m'adressasse pour présenter vos prières devant sa face :

10. Si vous demeurez en repos dans ce pays, je vous édifierai et ne vous détruirai point; je vous planterai et ne vous arracherai point; car je suis déjà apaisé par le mal que je vous ai fait.

11. Ne craignez point le roi de Babylone qui vous fait trembler; ne le craignez point, dit le Seigneur, parce que je suis avec vous pour vous sauver et pour vous tirer d'entre ses mains.

12. Je répandrai sur vous mes miséricordes, et j'aurai compassion de vous, et je vous ferai demeurer en paix dans votre pays.

13. Si vous dites : Nous ne demeurerons point dans cette terre, et nous n'écouterons point la voix du Seigneur notre Dieu;

14. Et que vous répondiez : Nous n'en ferons rien; mais nous nous retirerons en Égypte, où nous n'entendrons point le bruit des trompettes; nous n'y souffrirons point la faim, et nous y demeurerons en paix :

15. Écoutez la parole du Seigneur, vous qui êtes les restes de Juda : Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Si vous prenez la résolution de vous retirer en Égypte, et que vous vous y retiriez en effet pour y demeurer.

16. L'épée que vous craignez tant vous y surpra-

det vos in terrâ Ægypti : et fames, pro quâ estis solliciti, adhaerebit vobis in Ægypto, et ibi moriemini.

17. Omnesque viri qui posuerunt faciem suam ut ingrediantur Ægyptum, ut habitent ibi, morientur gladio, et fame, et peste : nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali, quod ego afferam super eos.

18. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Sicut conflatus est furor meus et indignatio mea super habitatores Jerusalem : sic conflabitur indignatio mea super vos, cum ingressi fueritis Ægyptum, et eritis in insurandum, et in stuporem, et in maledictum, et in opprobrium : et nequaquam ultra videbitis locum istum.

19. Verbum Domini super vos, reliquæ Juda : Nolite intrare Ægyptum : scientes scietis quia obtestatus sum vos hodie,

20. Quia decepistis animas vestras : vos enim misistis me ad Dominum Deum vestrum, dicentes : Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, et juxta omnia quæcumque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntiâ nobis, et faciemus.

21. Et annuntiâ vobis hodie, et non audistis vocem Domini Dei vestri, super universis pro quibus misit me ad vos.

22. Nunc ergo scientes scietis, quia gladio, et fame, et peste moriemini in loco ad quem vocestis intrare ut habitaretis ibi.

ora; la famine, qui vous donne tant d'inquiétude, s'y attachera à vous, et vous y mourrez.

17. Tous ceux qui se seront oppoûtrés à se retirer en Égypte pour y demeurer mourront par l'épée, par la famine et par la peste; et il n'en demeurera pas un seul, et nul n'échappera des maux que je ferai tomber sur eux;

18. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Comme ma fureur et mon indignation s'est répandue contre les habitants de Jérusalem, ainsi mon indignation se répandra contre vous, lorsque vous serez entrés en Égypte; et vous deviendrez l'objet de l'exécution, de l'étonnement, de la malediction et des insultes des hommes, et vous ne verrez plus cette terre.

19. Voici ce que le Seigneur vous dit, ô restes de Juda : N'allez point en Égypte; et assurez-vous, selon que je vous proteste aujourd'hui,

20. Que vous avez trompé vos âmes lorsque vous m'avez envoyé vers le Seigneur votre Dieu, en me disant : Priez pour nous le Seigneur notre Dieu, rapportez-nous tout ce que le Seigneur notre Dieu vous aura dit, et nous le ferons;

21. Car je vous ai annoncé aujourd'hui ce qu'il m'a dit, et vous n'avez point écouté la voix du Seigneur votre Dieu dans toutes les choses pour lesquelles il m'a envoyé vers vous.

22. Sachez donc maintenant, et assurez-vous que vous mourrez par l'épée, par la famine et par la peste, dans ce lieu même auquel vous voulez vous retirer pour y établir votre demeure.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et accesserunt omnes principes exercituum, nempe Iochanan filius Careach, et Iezaniah filius Hosaiah, et omnis populus à parvo usque ad magnum. — 2. Et dixerunt ad Iremiahum prophetam : Cadat, quæsumus, oratio nostra in conspectu tuo; et ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro omni residuo isto, quia relictus sumus pauci ex multis, sicut oculi tui intuentur nos. — 3. Et annuntiavit nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, et verbum quod faciamus. — 4. Dixit autem ad eos Iremiahus propheta : Audivi : ecce ego ora ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra; et erit, omne verbum, quod responderit Dominus vobis, indicabo vobis; non prohibebo à vobis verbum. — 5. Et ipsi dixerunt ad Iremiahum : Sit Dominus inter nos testis veritatis et fidei, si non juxta omne verbum, propter quod miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus. — 6. Sive bonum, sive malum fuerit, voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te, obediemus; ut bene sit nobis cum obdixerimus voci Domini Dei nostri. — 7. Et fuit in fine decem dierum, fuit verbum Domini ad Iremiahum. — 8. Vocavitque Iochanan filium Careach, et omnes principes exercituum qui erant cum eo, atque universum populum à parvo usque ad magnum. — 9. Et dixit ad eos : Sic dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, ut cadere facerem preces vestras in conspectu ejus. — 10. Si maneo manseritis in terrâ hæc, ædificabo vos, et non destruiam; plantabo vos, et non evellam, quia penitet me mali quod feci vobis. — 11. Ne timeatis à facie regis Babel, à cuius facie vos timeatis; ne timeatis à facie ejus, dicit Dominus, quia vobiscum sum, ut salvos faciam vos, et eruum vos de manu ejus. — 12. Et dabo vobis misericordias, et miserabor vestri, et habitare faciet vos in terrâ vestrà. — 13. Et si dixeritis : Non habitabimus in terrâ hæc, ut non obediamus voci Domini Dei vestri. — 14. Dicendo : Nequaquam, sed terram Ægypti ingrediemur; in quâ non videbimus bellum, et sonum tubæ non audiemus, et pane non esuriamus; et ibi habitabimus. — 15. Et nunc didicistis audite verbum Domini, residuum Iehudah : Sic dicit Dominus exercituum, Deus Israel : Si vos ponendo posueritis faciem vestram ut ingrediamini Ægyptum, et intraveritis ad peregrinandum ibi. — 16. Erit gladius, à quo formidatis, ibi comprehendet vos in terrâ Ægypti; et fames, à quâ timeatis, ibi adhaerebit vobis in Ægypto, ibique moriemini. — 17. Et erant omnes viri, qui posuerint faciem suam ut ingrediantur Ægyptum ad peregrinandum ibi, morientur gladio fame et peste; et non erit eis superstes, et crasor à facie mali quod ego adduco super eos. — 18. Sic enim dicit Dominus exercituum Deus Israel : Sicut effusus est furor meus, et ira mea super habitatores Jerusalem : sic effundetur ira mea super vos, cum ingressi fueritis Ægyptum, et eritis in insurandum, et in stuporem, et in maledictionem, et in opprobrium, et non videbitis ultra locum istum. — 19. Locutus est Dominus super vos, ô residuum Iehudah : Ne intretis Ægyptum; sciendo scietis quia monuerim vos hodie. — 20. Et errare fecistis animas vestras : vos enim misistis me ad Dominum Deum

vestrum, dicendo : Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, et juxta omnia quæ dixerit Dominus Deus vester, sic annuntiabo vobis, et faciemus. — 21. Et annuntiavi vobis hodie, et non audistis vocem Domini Dei vestri et universa pro quibus misit me ad vos. — 22. Et nunc sciendo sciatis quod gladio, et fame, et peste moriemini in loco, in quem vultis intrare ad peregrinandum ibi.

COMMENTARIUM.

VERS. 1 (1). — PARVO USQUE AD MAGNUM. (Vid. 2 Reg., 25, 26.)

VERS. 2. — CADAT, id est, exaudiatur a te deprecatio nostra, quæ est ut ores pro nobis. (Vid. sup., 37, 20.) PACCI EX MULTIS, ad verbum, paucum quid de multo.

VERS. 3. — ET VERBUM, etc., quid facturi simus.

VERS. 4. — ORO. (Id ipsum vertuerat Deus sup., 7, 46; 11, 14; et 14, 11 : sed illic contumaces sunt; hic vero humiliati et contritii.) NOS PROMITTEBO, etc., non celabo vobis quicquam.

VERS. 5. — SIT DOMINUS, etc. (2). Hebraismus : Testamur Dominum, testem verum et fidelem nos velle turpiter et crudeliter vitam hanc finire, nisi fecerimus quicquid per te jusserit nos facere. Locutio concisa.

VERS. 6. — SIVE BONUM, etc., id est sive felicitatem sive calamitatem prædixeris, monitis Dei nostri parebimus.

VERS. 7. — ET FIT. Hic finis est longissime illius parenthesis quæ incipit circiter principium capituli 40. (3).

(1) ET ACCESSERUNT, scilicet ad Jeremiam, v. 2, quem, ut probabile est, secum habebant, una cum reliquâ turba ex urbe Mizpâ et vicinis agris abstractum : nam si eo tempore in patriâ Anathoth fuisset, ut Schmidius opinatur, difficulter concepi posset quomodo, ut hic dicitur, non modo principes, verum et populus universus a parvo ad magnum, et illic cum consultantibus causâ adierit. (Conf. 41, 16.) C. B. Michaelis. (Rosenmüller.)

(2) ET ILLI DIXERUNT AD JEREMIAM : SIT DOMINUS INTER NOS TESTIS, SI NON JUXTA OMNE VERBUM IN QUO MISERIT TE DOMINUS, SIC FACIEMUS. Quod dicunt : Sit Dominus inter nos testis, juramentum est; et quotiescumque ad alicujus rei confirmationem dicimus : Testis est Deus, vel testor Deum, vel testem Deum invoco, juramentum est; et non tantum, si quis expressè dicat : Juro Deum, vel per Deum; quemadmodum graviter docet August. pluribus locis. Imò expressus est juramentum, quo dicitur : Testis est Deus, quàm quo dicitur : Juro, quia illud explicat rationem juramenti, quæ est, Deum testem advocare, aut adhibere ad confirmandum id quod dicitur. Quod autem sequitur : Si non juxta omne verbum in quo miserit te Dominus, sic faciemus, non ita coheret cum præcedentibus, ut hunc sensum faciat : Sit Dominus testis, si non faciamus juxta verbum tuum. Nam sensus ille ineptus est, et incompletus, et nihil significat ad propositum; sed prior pars sic seorsim accipienda est : Sit Dominus inter nos testis veritatis et fidelitatis, id est, promissio nostri; posterior vero pars more Hebræo sic suppletur. Et male nobiscum agatur, si non juxta omne verbum tuum faciamus. (Estius.)

(3) CUM COMPLETI ESSENT DECEM DIES, FACTUM EST VERBUM DOMINI AD JEREMIAM. Decem totis diebus Jeremias Deo supplicavit, ut id, quod placitum sibi esset, significaret. Validio afflatus non instruntur propheta pro arbitrio; ituræditque Spiritus, et ubi vult spirat, et per intervalla sese hominibus largitur. Vaticinium hic recitat, quod capituli 40, initio innuit, et hætenus

VERS. 9. — UT CADERE FACEREM, etc., id est, ut illum nomine vestro deprecarer. (Supra, 37, 20.)

VERS. 10. — EDIFICABO VOS. Ad verbum, et edificabo vos. Redundat conjunctio. Terra sancta confertur hic solo in quo edificatur, et horto in quo pulchra conservantur arbores; populus verò Judaicus comparatur edificatio, et arboribus in horto consitiis, q. d. : Non sinam posthac ullos esse vobis in Chaldaam abduci. PATINET ME, etc., id est, mutavi sententiam super afflictionem quâ afflixit vos. (Vid. 1 Sam., 45, 11.)

VERS. 12. — DABO VOBIS MISERICORDIAS. Hebraismus : Miserebor vestri, miserehorit etiam vestri rex Nabuchodonosor; vel, efficiam ut gratiâ et favore vos rex Babylonicæ complectatur, et vobis benefaciat, tantum abest ut eum meture debeat. HABITARE FACIET, etc., vel, reducat vos in terram vestram.

VERS. 15. — NON HABITABIMUS, sub. diutius. Ut non obediat, etc., non obediendo, etc. (4).

VERS. 15. — ET NUNC DICRO. Nunc ergo propterea.

PONENDO POSVERITIS FACIES VESTRAS, id est, converteritis faciem vestram, aut vertetis vispous ut pergatis in Ægyptum. Hebræicâ hæc locutione ponere vel firmare faciem suam, significat firmum et fixum habere propositum aliquid faciendi (quia ubi est cor et amor, eo respiciunt oculi et intenta est facies, Tirin.) Similis locutio est Luc. 9, 61. (2).

VERS. 17. — ET ERUNT, etc. Confirmatio est præcedentis versûs, q. d. : Voilà ce que deviendront tous ceux, etc.

VERS. 18. — EFFUSUS EST, etc. Sumpta metaphora aut à metallis liquefactis, aut ab imbribus subito et repente decidentibus, vid. Dan. 9, 11, id est, ut subito meo furore obruti sunt cives Jerusalem, etc. In JURURANDUM, נִשְׁבַּע. Hæc dictio execrationem sive maledictionem et jururandum significat. Quoniam autem statim sequitur, in maledictionem et in opprobrium, hoc loco jururandum pro imprecatione malâ accipi existimo (ut idem Vatablus exponit, Dan. 9, 11, ubi voce non ambiguo conjunguntur maledictio et jururandum; intermisit, ut lectorem moneret ea quæ antea gesta sunt, et cum oraculo conjungatur. Diebus decem Jeremias à cæterorum consuetudine secretus oransque perseveravit : minime tamen alio secessit, sed ibi fuit, ubi populus steterat. (Calmet.)

(1) VERS. 14. — UBI NON VIDEREMUS BELLUM. Detegit hic oculum eorum impietatem, quod scilicet promissioni Dei non fiderent, etc., quod et vanas spes conciperent, et Deum ipsum tacitè arguerent mendacium faciendum. (Calvius.)

IBI HABITABIMUS, id est, non vagabimur, ut hic, pro arbitrio Chaldaeorum, Grotius. Malo simpliciter accipere, q. d. : Ibi manebimus, Anglicanæ Annotationes.

(2) VERS. 16. — GLADIUS, Nabuchodonosoris. Factum hoc eâ expeditione quâ is in Africam ivit; cuius meminit Megasthenes productus à nobis ad l. 5 de Y. R. C. (Grotius.)

ut accipitur etiam juramentum Isai. 65, 11), ita ut qui male alicui velit imprecari, dicturus significet : Sic tibi contingat ut Israelitis qui ab Ægyptis petierunt auxilium præter Dei mandatum. Vid. sup., 24, 9.

VERS. 19. — LOCUTUS EST, etc. Exhortatur hunc in modum : QUIA MONERIM VOS, quia testibus adhibitis admonui vos, ne scilicet intratis Ægyptum (1).

VERS. 20. — ET ERRARE, etc., vel Certè errare fecistis (me) in animabus vestris, vel : deceptis me per id quod erat in animis vestris (2). Hoc est aliter lo-

(1) NOLITE INTRARE ÆGYPTUM; alioqui enim si cum intraveritis, scientes scietis, id est, scitote et memento, quia (quod) obtestatus sum vos hodie, q. d. : Cum in Ægypto perdemini, memento me id vos prædixisse et obsecrasse ne id faceretis. Secundo et melius, scitote quod obtestatus, id est, protestatus sum, vosque ipsos, idemque vestram, et jururandum, v. 5, à vobis præstitum, id est, testes vocarim, uti de facto hic voco, quia, id est, quod, deceptis animas vestras, quodque in exitum vestrum sponte ruitis, ac in Ægypto gladio et fame morituri sitis. (Corn. à Lap.) (2) Id est, felicitis vosmetipsos : quasi dicat : Fortè putatis me agrè ferre quod me fallatis; magis fallitis

quando quàm esset in animis vestris : cum scilicet peccatis à me ut Dominum vestro nomine orarem. ANXNNTIA, vel, renuntia sive indica nobis (1).

vispous. Sept. et Chald. : Malefacitis animabus vestris, Deum vestro pacto irritantes, et ejus iram de novo in vos provocantes. Causa vero cur nollet Deus Judæos ire in Ægyptum, inter alias erat, quod convictus Ægyptiorum idolis colendis addictissimorum, periculosus esset Judæis liberatis et opibus isthic florentibus, ut patet c. 44, v. 19 et 25. Scias erat de Chaldaâ, ubi dura servitus et vincula faciliè compescerant Judæos ab illo seclere : imò tantum ipsis horrorem inusserunt, ut multis exinceps seculis nunquam idololatriâ se contuminiarint. Cum hoc capite S. Thomas, vel quicumque auctor est, morte præventus finivit Commentarium suum in Jeremiam. (Tirinus.)

(1) VERS. 21. — ET AD, seu, SECUNDUM OMNE QUOD (enuntiandum) MISIT ME AD VOS, id est, uti non obtemperastis reliquis Jovæ edictis, quæ mihi ad vos perferre mandaverat. (Rosenmüller.)

VERS. 22. — IN LOCO AD QUEM VOLUISTIS INTRARE, id est, in Ægypto. Videbat Jeremias eos certos esse eundi in Ægyptum, quia ut indicaverat, aut plane dixerant, quamvis eorum verba non sewerit usque ad vers. 2 capitis sequentis. (Maldonatus.)

CHAPITRE XLIII.

CAPUT XLIII.

1. Factum est autem, cum complisset Jeremias loquens ad populum universos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc :

2. Dixit Azarias filius Osaïæ, et Johanan filius Caræe, et omnes viri superbi, dicentes ad Jeremiam : Mendacium tu loqueris : non misit te Dominus Deus noster, dicens : Ne ingrediamini Ægyptum ut habitetis illic.

3. Sed Baruch filius Nerïæ incitat te adversum nos, ut tradat nos in manus Chaldaeorum, ut interficiat nos, et tradat faciat in Babylonem.

4. Et non audivit Johanan filius Caræe, et omnes principes bellatorum, et universos populum, vocem Domini, ut manerent in terrâ Judæ.

5. Sed tollens Johanan filius Caræe, et universi principes bellatorum, universos reliquiarum Judæ, qui reversi fuerant de cunctis gentibus, ad quas fuerant ante dispersi, ut habitarent in terrâ Judæ :

6. Viros, et mulieres, et parvulos, et filias regis, et omnem animam quàm reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolîâ filio Ahicam filii Saphan, et Jeremiam prophetam, et Baruch filium Nerïæ.

7. Et ingressi sunt terram Ægypti, quia non obediunt voci Domini : et venerunt usque ad Taphnis.

8. Et factus est sermo Domini ad Jeremiam in Taphnis, dicens :

9. Sume lapides grandes in manu tuâ, et abscondes eos in cryptâ, quæ est sub muro lateritio in portâ domus Pharaonis in Taphnis, cernenibus viris Judæis :

10. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego mittam et assumam Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum : et ponam thronum ejus super lapides istos, quos abscondi, et statnet solum suum super eos.

11. Veniensque percuetit terram Ægypti : quos in

1. Or voici ce qui arriva après que Jérémie eut achevé de parler au peuple, et de lui annoncer toutes les paroles que le Seigneur leur Dieu lui avait commandé de leur dire en l'envoyant vers eux :

2. Azarias, fils d'Osaïas, Johanan, fils de Carée, et tous ceux d'entre eux qui étaient fiers et superbes, dirent à Jérémie : Vous nous dites ici des mensonges : le Seigneur notre Dieu ne vous a point envoyé vers nous pour nous dire de sa part : N'entrez point dans l'Égypte pour y établir votre demeure.

3. Mais c'est Baruch, fils de Nérias, qui vous anime contre nous pour nous livrer entre les mains des Chaldéens, pour nous exposer à être tués, et pour nous faire mener à Babylone.

4. Et Johanan, fils de Carée, et tous les principaux officiers de guerre, ni tout le peuple, n'écoutèrent point la voix du Seigneur, pour demeurer dans le pays de Juda.

5. Mais Johanan, fils de Carée, et tous les officiers de guerre, prirent avec eux tous ceux qui étaient restés de Juda, et qui, ayant été dispersés auparavant en divers pays, en étaient revenus pour demeurer dans le pays de Juda.

6. Les hommes, les femmes, les petits enfans et les filles du roi, et tous ceux que Nabuzardan, général de l'armée des Chaldéens, avait laissés avec Godolias, fils d'Ahicam, fils de Saphan, et avec eux le prophète Jérémie et Baruch, fils de Nérias;

7. Et ils entrèrent en Égypte, parce qu'ils ne voulaient point obéir à la voix du Seigneur; et ils vinrent jusqu'à Taphnis.

8. Alors le Seigneur parla à Jérémie, lorsqu'il était dans Taphnis, et lui dit :

9. Prenez de grandes pierres dans votre main, et cachez-les dans la voûte qui est sous la muraille de briques à la porte de la maison de Pharaon à Taphnis, en présence de quelques Juifs :

10. Et vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Je vais mander et faire venir Nabuchodonosor, roi de Babylone, mon serviteur. Je mettrai son trône sur ces pierres que j'ai cachées; et il y établira le siège de sa puissance.

11. Il viendra, et il détruira le pays d'Égypte; et

mortem, in mortem : et quos in captivitate, in captivitate, et quos in gladium, in gladium.

12. Et succendet ignem in delubris deorum Egypti, et comburet ea, et captivos ducet illos : et amicum terræ Egypti, sicut amicum pastor pallio suo : et egredietur inde in pace.

15. Et conteret statuas domus solis, que sunt in terrâ Egypti : et delubra deorum Egypti comburet igni.

TRANSLATIO EX HEBR. EO.

1. Verbum quod fuit ad Irmeiah ad omnes Iehudæos, qui habitabant in terrâ Ægypti, qui habitabant in Migdol, et in Thachpanches, et in Noph, et in terrâ Pathros, dicendo: — 2. Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Vos vidistis omne malum quod adduxi super Jerusalem, et super omnes urbes Iehudah; et ecce ipsa sunt desolatae hodie, nec est in eis habitator: — 3. Propter malitiam eorum, quam fecerunt, irasci me faciendo eundo, suffiendo, colendo deos alienos, quos nesciebant ipsi, vos, et patres vestri: — 4. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas manē surgendo et mittendo, dicendo: Ne, queso, faciatis verbum abominacionis hujus, quam odi. — 5. Et non obtemperaverunt, nec inclinaverunt aurem suam ut converterentur a malitiâ suâ, ut non suffirent diis alienis. — 6. Et effusa est ira mea et furor meus, et successa est in civitatibus Iehudah, et in plateis Ierusalem; et fuerunt in solitudinem et vastitatem secundum diem hanc. — 7. Nunc igitur sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Quare faciatis malum grande contra animas vestras, ad excidere faciendum ex vobis virum et mulierem, parvulum et lactentem de medio Iehudah, ut non remaneat vobis residuum: — 8. Ut irasci faciatis me in operibus manuum vestrarum, suffiendo diis alienis in terrâ Ægypti ad quam ingredimini ut habitetis ibi: ut exterminetis vobis, et sitis in maledictionem et in opprobrium Ægypti ad quam ingredimini ut habitetis ibi: ut exterminetis vobis, et sitis in maledictionem et in opprobrium in cunctis gentibus terræ? — 9. Num oblitus estis malorum patrum vestrorum, et malorum Regum Iehudah, et malorum uxorum ejus, et malorum vestrorum, et malorum uxorum vestrarum, quae fecerunt in terrâ Iehudah, et in plateis Ierusalem? — 10. Non sunt attriti usque ad diem hanc: et non timerunt, nec ambulaverunt in lege mea, et in præceptis meis quae dedi coram vobis et coram patribus vestris. — 11. Ideo sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego pono faciem meam in vobis in malum: et ad exterminandum omnem Iehudah. — 12. Et tollam residuos Iehudah, qui posuerunt facies suas ut ingredierentur terram Ægypti, ad habitandum ibi: et consumerunt omnes in terrâ Ægypti: cadent gladio: fame consumerunt a parvo usque ad magnum, gladio et fame morientur: et erunt in iusurandum, et in stuporem, et in maledictionem, et in opprobrium. — 13. Et visitabo habitantes in terrâ Ægypti, quemadmodum visitavi Ierusalem gladio, et fame, et peste. — 14. Et non erit evasor, et superstes residuo Iehudah, qui ingrediantur ad peregrinandum ibi in terrâ Ægypti: ad revertendum in terram Iehudah, ad quam ipsi elevarunt animam suam ut revertantur, ad habitandum ibi: quia non revertentur nisi evasores. — 15. Et responderunt ipsi Irmeiahu omnes viri qui sciebant quod suffirent uxores eorum diis alienis: et universae mulieres quae stabant cæta magno, et omnis populus qui habitabat in terrâ Ægypti in Pathros, dicendo: — 16. In verbo, quod locutus es ad nos in nomine Domini, non paremus tibi: — 17. Sed faciendo faciemus omne verbum quod egressum est de ore nostro, suffiendo stellæ cæli, et libando ei libamina, sicut fecimus nos, et patres nostri, reges nostri, et principes nostri in urbibus Iehudah, et in plateis Ierusalem: et saturati sumus pane: et futimus jucundi et malum non vidimus. — 18. Et ex eo tempore, quo cessavimus suffire stellæ cæli, et libare ei libamina, caruimus omnibus, gladioque, et fame consumpti sumus. — 19. Et si nos suffimus stellæ cæli, et libamus ei libamina: numquid sine viris nostris fecimus ei placetas ad letificandum eam, et ad libandum ei libamina? — 20. Et dixit Irmeiahu ad omnem populum, ad viros, et ad mulieres et ad omnem populum, qui respondebant ei verbum, dicendo: — 21. Nonne suffistis, quem suffivistis in civitatibus Iehudah, et in plateis Ierusalem vos et patres vestri, Reges vestri, et principes vestri, et populus terræ, recordatus est Dominus, et ascendit super cor ejus? — 22. Et non potuit Dominus ultra ferre propter malitiam operum vestrorum, propter abominaciones, quas fecistis: et fuit terra vestra in desolationem, et in stuporem, et in maledictionem, ut non sit habitator, secundum diem hanc. — 23. Propterea quod suffivistis et peccaveritis Domino, et non parceritis voci Domini, et in lege ejus, et in præceptis ejus, et in testimoniis ejus non ambulaveritis: idcirco evenit vobis malum hoc secundum diem hanc. — 24. Dixit autem Irmeiahu ad omnem populum, et ad universas mulieres: Audite verbum Domini, omnis Iehudah, qui estis in terrâ Ægypti: — 25. Sic dixit Dominus exercituum, Deus Israel: dicendo: Vos, et uxores vestrae locute estis ore vestro, et manibus vestris implestis, dicendo: Faciendo faciemus vota nostra, quae vorimus, ut suffimus stellæ cæli, et libemus ei libamina: confirmando confirmastis vota vestra, et faciendo fecistis vota vestra. — 26. Ideo audivit verbum Domini, omnis Iehudah, qui habitatis in terrâ Ægypti: Ecce iuravi in nomine meo magno, dixit Dominus, si erit ultra nomen meum invocatum in ore omnis viri Iehudæi, (dicentis: Vivit Dominus Deus) in omni terrâ Ægypti. — 27. Ecce ego festino super eos in malum et non in bonum: et consumerunt omnes viri Iehudah, qui sunt in terrâ Ægypti, gladio, et fame donec consumantur. — 28. Et evasores gladii, revertentur et terrâ Ægypti in terram Iehudah viri pauci numero: scientique omnes residui Iehudah qui ingrediantur terram Ægypti, ad peregrinandum ibi, verbum ejus stabiliant, mei, an ipsorum. — 29. Et hoc vobis signum (ait Dominus) quod visitem vos in loco isto: ut sciatis quod confirmando confirmabuntur verba mea super vos in malum. — 30. Sic dixit Dominus: Ecce ego trado Paroli Chophra regem Ægypti in manum inimicorum ejus, et in manum querentium animam ejus: sicut tradidi Silticiahu regem Iehudah in manum Nebuchadresar regis Babel inimici sui, et querentis animam ejus.

COMMENTARIUM.

Vers 4. — In Migdol. Urbs est Ægypti Pelusio di- III stans 1200 passibus. Menochius ex Adrichomio. Vid.

Cellarium, tom. 2, p. 804 et seq. Noph. (1). Vid. Isai 19, 15, et Ezech. 30, 15 (2).

Vers. 4. — VERBUM ABOMINATIONIS HUIUS, hanc rem abominandam.

Vers. 5. — UT NON SUFFIRENT, VEL, non ultra offerrent.

Vers. 6. — EFFUSA EST, supra 42, 18. SECUNDUM DIEM HANC (5). Vid. sup. 25, 18.

Vers. 7. — CONTRA ANIMAS VESTRAS, id est, in perniciem vestram. AD EXCIDERE FACIENDUM (4), etc., vel, ita

(1) HABITANTES IN MAGDALO, ET IN TAPHNIS, ET IN MEMPHIS, ET IN TERRA PATHROES. Supercidum inter Jeremie vaticinia, quæ supersunt, diu postea quam Judæi in Ægyptum venire, pronuntiatum. Quæ capitibus consequentibus, usque ad libri finem prædicta leguntur, multo hoc vetustiora sunt. Dei nomine Jeremias ad Judæos, in nobilissimis Ægypti urbibus morantes, mittitur, ut pertinacem illorum animum in cultum numinum arguat. Utrum ipse urbes singulas peragraverit, incertum est: cum satis fuerit, ut è discipulis aliquem cum litteris mitteret.

Magdalu sonat turrim. Magdol apud Moysen legitur, et regione Beel-saphon, circa vadum Israelitarum in Erythræo: dubio tamen est locus, utrum ea turri seu Magdalo, hujus loci Magdalu significetur; alterum enim in Ægypto insigne jacet, 12 milibus passuum à Pelusio, teste Itinerario Antonini. Jeremias de Ægypti pernicie agens, Magdali, cœn nobilis in eâ regione urbis, memini: Annuntiate Ægypto, et audiam facie in Magdalo, etc.

TAPHNIS. De hac satis capite superiori, vers. 6.

MEMPHIS, apud profanos notissima; regia Ægypti urbs, et in sui nominis Nomo princeps. Supra Deltam jacet, nonnihil à Nilo distans, ad ripam occidentalem. Circa Memphim pyramides celeberrime visebantur; quarum vestigia, diruta etiam urbe, adhuc supersunt. PATHROES, regio hujus nominis in Ægypto cuius nomen ab urbe, de qua hic Jeremias, Non magno opere celebres aut urbs ipsa aut Nomo siere: ut in superiori Ægypto, uti creditur, continebantur. Terra Phatruæ apud Ezechieleni etiam legitur: cujus ruinam ac deinde restaurationem ipse prædicit. In eâ regione Phetrusim, posteri Mizraim, de quibus Moy-es, sedes habebant. (Colmet.)

(2) VERS. 2. — SUPER JERUSALEM, etc. Et meam, et sanctam, urbem: stultè ergo putatis vos tutos fore in Ægypto, terram quam Deus abominatur.

Vers. 3. — UT ME, etc. Novè deus quam propensè erant Judæi ad idololatriam: idcirco vetuit illos eorum ubi pervorsos cultus discerent, etc. Verto, ut irant, vel proficiscerentur (et proficisci, hic est, erratico cursu se fatigare, et opponitur et manere sub legis doctrinâ; vel, proficisci hic significat nimis sedulam et actuosam et perversum studium): ad offerendum suffium, etc. Unam idololatriæ speciem hic ponit pro toto genere. (Calvinus.)

(3) ET CONFLYTA EST INDIGNATIO MEA, id est, liquefacta est magno impetu effusa. Metaphora sumpta ex metallis quæ funduntur, ut explicavimus cap. 42, 18. ET IN PLATEIS JERUSALEM, id est, in mediâ Ierusalem, in visceribus Ierusalem. Hebræi, cum de aliqua urbe loquuntur, solent dicere, in plateis, pro, in medio urbis, quia plateæ in medio urbis esse solent; sicut cum loquuntur de homine, dicunt בשר in corde, pro, in medio, quia cor in medio hominis est: ut Isai. 45, 3: In plateis ejus omnis vultus, id est, in medio ejus; et cap. 59, 14: Quia corruit in plateâ veritas, id est, subverta est omnis veritas de medio ejus. SECUNDUM DIEM HANC, id est, ut hodie die videre licet, aut, ut nunc se res habet, aut, usque ad hodiernum diem. Hebræis, ut supra, e. 11, 5, et e. 25, 18, et e. 52, 20. (Maldonatus.)

(4) QUARE FACIENS MALUM HOC GRANDE? Prohibit

ut propter vos excindantur vobis viri vestri ac femina, etc.

Vers. 8. — UT IRASCI, etc., vel, Propterea quod me irritetis. UT EXTERMINETIS VOBIS, ut excidatis vobis, sub viros ac mulieres, et sitis, etc., ut veris præcedentibus. AD VERBUM VERO, ad exterminandum. Quidam (Pagninus) in tertâ personâ, ut exterminare faciat vos, sub, Deus.

Vers. 9. — MALORUM, scelerum. ERIS, id est, cui jusque eorum.

Vers. 10. — ATTRITI, humiliati, vel, non parviti eos, aut eos. DEDI CORAM VOBIS, proposui vobis.

Vers. 11. — PONO, vel, pono, id est, non aspiciam vos ultra benigno vultu, sed maligno. (Vid. supra, 59, 12.)

Vers. 12. — POSCERUNT, etc., supra, 42, 15. CONSUMERUNT, etc. Subaudiendum id est: hoc modo, consumerunt omnes; id est, in terrâ Ægypti, etc. IN JUSURANDUM, supra 42, 11.

Vers. 14. — ELEVANT ANIMAM SUAM, etc. (Vid. sup., 22, 27.) EVASORES. (Vid. infra, hic 28.)

Vers. 15. — COERTU MAGNO, vel cæta magno. Per appositionem dictum.

Vers. 16. — IN VERBO, etc., ad verbum, res quam locutus es nobis in nomine Domini, non parebitis illi tibi, id est, in gratiam tuam, q. d.: In re quam locutus es nobis in nomine Domini, non parebitis tibi, aut, rei quam locutus es nobis nomine Domini, non parebitis illi in tuam gratiam.

Vers. 17. — OMNE VERBUM, id est, omne votum quod voverimus, q. d., quotiescumque voverimus, nos ultra incensuros. (Vid. hic 25, et Deut. 25, 25.) STELLÆ CÆLI, vel regina cæli, id est, solli. (Vid. supra 7, 18, et Is. 65, 11.) Sol tenet primas inter sidera (unde et: Ægypti stellæ cæli hic dicitur); et ita veritè Chald. paraph. Sed nec absurdum videtur debet, quod hic per reginam cæli sol intelligatur: nam שבת, quod solem significat, est femina, gen. Hebræicè. Incund. Hebr., boni, id est, hilares et leti. (Vid. Isai. 65, 14.) Alii, felices interpretantur. Vidimus (1). (V. Ps. 71,

Deus tantopere Iehudæis ne ingredierentur Ægyptum, non ob aliam causam quam hee fierent socii peccatorum Ægypti: id quod illis illic accidit. Facti sunt enim statim idololatriæ, reliquiis Dei veri cultum. Alii hoc permittent auctoribus suis. Videtur autem esse ultimus actus Jeremiæ ad populum Judaicum, post quem lapidibus obrutus est. Proponit propheta exemplum recens, notum, domesticum et insignè, excidium videlicet patris: idque tractat diligenter revolescens adhuc non extinctos cineres urbis Jerusalem in medium, quia non cessabit adhuc ea agere ob que illa passæ fuerant. Discernat hoc loco quam sit periculosum consuetudinem habere eam impis, unde sine electricibus et fascinatione non reditur. (Munster.)

(1) SED FACIENTES FACIENS ET SACRIFICIUS REGINÆ CÆLI, ET LIBEMUS EI LIBAMINA, etc. QUERUNT INTERPRETES, quæ intelligatur regina cæli? Hieron. vel lunam intelligendam putat, vel militiam cæli, scribens in 7, cap. Jeremiæ: Lyranus lunam intelligit. Sont qui Junonem, alii eam, quæ apud ethnicos vocatur mater deorum, id est, Opem, accipiunt. Vocabulum Hebræum, nunc reginam, nunc Opem, seu machinam significat. Unde quidam vertentur machinam cæli, id est, universum stellarum ordinem, et velut exercitum.

20.) (1).

VERS. 19. — **SUFFICIS** ספיקים ad verbum, *sufficiens* nos sub. *femine* (quorum lui magna copia, sup. hic 15). **SINE VIRIS** NOSTRIS, id est, ignorantibus viris nostris. AD LETIFICANDUM EAM (2), etc., vel, ut *gramm. illi faceremus, simul ut coleremus eam.*

VERS. 21. — **ET ASCENDIT**, sub. *suffitus*, q. d., an pulvis talium suffitum Dominum non recordari?

VERS. 22. — **UT NON ETC.**, vel, *eo quod nemo, etc.*

VERS. 23. — **PRÆCEPTIS**, statutis. **EVENIT**, accidit.

VERS. 25. — **FACIENDUM FACIEMUS**, cum sedulitate adimplebimus. vel, certissime faciemus, vel invitis, omnibus. (Vid. supra, Jer. 5, 11.)

VERS. 26. — **SI ERIT ULTRA**, etc., q. d.: *Disperam si posthac miserero ut quisquam è Judaicis juret per nomen meum in tota regione Ægypti: sunt enim nomine meo indigni (et id ne ultra fiat, abolebo eos omnes. Grot.).*

Sunt rursum Hebraicè docti, qui retinent *regine* significacionem, et per reginam cœli intelligunt solem, idque, ut videtur, aptissime. Una ratio est, quia sol longè præstat lunæ, idèque principatus soli erit tribuendus. Deinde sol Hebr. est feminini generis, idèque potius regina quam rex appellatur. Tertio, quia sol in Ægypto, ubi id temporis erant Judæi, erat in summâ veneratione. Unde etiam civitatem ex ejus nomine edificatam habebat, quæ vocatur *Eisrahms*, id est, civitas solis. Denique quia si luna diceretur regina cœli, multo magis consensus meum fuit solem dici regem cœli, et ut talem venerari. Interim quidem etiam regnam cœli intelligunt fortunam, de quo vide, si placeat, Alexandrum ab Alexandro lib. 4 Genialium dierum.

Sed imprimis historia hujus capitis docet nos quam sit periculosum versari aut commemorari in societate malorum; præsertim hereticorum. Videmus enim Judæos vix ingressos terram Ægypti, quin statim ad idola illius terræ conversi fuerint. Doctrina huic temporî valde opportuna; quando videmus tam multos, Catholicos aliqui, quasi securos in medio hereticorum habitare: quorum quotidianâ consuetudine, commercio, et colloquio fieri vix potest, quin sepe numero malevole contrahantur, et inquinant eorum conscientia. Habitat vix quidem Abraham inter Chananeos, et Loth in Sodomis, sed quis se eis comparat? (Estius.)

(1) VERS. 18. — **EX...** ego cessavimus, etc. Calamitates Deo imputant, et mutatae religioni. Sic initio Evangelii, si qua calamitas acciderat, culpa in Christum conjiciebatur. (Calvinus.)

(2) SYRUS interpres huic versui, explanationis causâ, hæc verba præmisit: *Et responderant omnes mulieres ac dixerant, c. Masculinum sufficiens ponitur pro feminino, quia quod mulieres spectatum dixerunt id, c. compendii quod, in sermone totius cœtis referretur.* C. B. Michaelis. Conf. vers. 15, ubi ille mulieres *cœtis magnus* vocatur. **NON SINE MARITIS NOSTRIS?** id est, necis et invitis ipsis? Ita Isai. 56, 20: *Nam invito Jova ascendi in terram hæc?* Fatentur mulieres, se reginæ cœli sacra facere, sed consensu maritis suis, qui sciunt, bene hoc fieri; conf. vers. 13. In

CAPITULUM XLV.

1. Verbum quod locutus est Jeremias propheta ad Baruch filium Nerie, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Jeremie, anno quarto Joacim filii Josie regis Juda, dicens:

2. Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te, Baruch:

3. Dixisti: Vae misero mihi, quoniam addidit Do-

VERS. 27. — **FESTINO** (1), vel, *vigilo super*, etc. Hebraismus; appare mala et calamitates contra eos, non bona. (Vid. supra, 1, 11.)

VERS. 28. — **EVASORES GLADI**. Hebraismus, qui effugerint gladium: quibus gladius pepererit. **VIRI PAUCI**. (Vid. Deut. 4, 27, et Isai. 21, 17.) **STRALIATUR**, ad verbum *stabit*, id est, verificabitur: meusne sermo, quo prædico illis calamitatem, an illorum, quo sibi iniquitatem permittunt.

VERS. 29. — **VISITEM**. **VISITATURUS** SUM. **CONFIRMANDO CONFIRMABITUR**, ad verbum, stando *stabit*, id est, revera adimplebuntur quæ prædixi vobis adversa.

VERS. 30. — **CUPIERA**. Cognomen est Pharaonis, quem quidam existimant alium fuisse à Nechao. Chaldaeus paraph. interpretatur *contritum ut fractum*. (Apriem fuisse conjicit Calmet: quippe quem constat ex Herodoto, l. 2, c. 161, et seq., ab Amasi è solo fuisse deturbatum; præterquam quod fidem faciunt, sive Ezech. 29, et seq. Ægyptum à Nabuchodonosore acerrimo bello fuisse petitam, sive Josephus, Antiq. 10, 11, ejus regem annis quinque post eversam Jerusalemam regno et vitâ ab eodem fuisse privatam. Favet etiam nominum similitudo. Vid. supra, 37, 5, et infra, 47, 1.)

explicandâ voce *Lehaatsibah*, ad *libandam*, dissentiant interpretes. Mihi quidem simplicissimum videtur *leatsibah*, formando, scilicet, *effingendo eam*, scilicet reginam cœli, lunam interpretari. Solent videlicet illæ effigiem ejus nunius referre, cui consecrata erant. Ita Graecorum lune erant placente late et cornuta, ad speciem lunæ primam apparentis efformate, quæ lunæ deæ et Diane afferebantur; vid. Lackemacheri, Antiq. Græc. p. 5, cap. 1, § 15, et Poteri, Archæol. Græc. t. 1, p. 315, vers. teuton. Similiter Jarchi exponit *typos expressos ad similitudinem idoli*. (Rosenmüller.) (1) **JURAVI** (juro) IN NOMINE MEO MAGNO, id est, per nomen meum magnum, puta per immensam meam majestatem; alii, per nomen meum proprium, quem est Jehova.

QUIA NEQUAQUAM ULTRA VOCABITUR: quod non permittam, ut quisquam ex Judæis in Ægypto juret per nomen meum, quia occidam eos, vel captivos duam in Babylonem, fœcis exceptis, qui redigunt in Judæam; prostris enim indigni sunt qui ore impuro nominent nomen meum sanctum, q. d.: *Nolo illud ab eis nominari et polli. Ita Lyrano, Hugo, Dionys, Castrus, et alii passim.*

Appositè Sanchez: *Non putabant, inquit, neque cupiebant Judæi apud externos Ægyptios longam moram trahere; sed id agebant, ut, quando meliorem statum habere videretur res Judaica, in patriam redirent, ubi sicut parentes olim, sic ipsi verum colerent Deum, et per ejus nomen sancte et legitime de more jurarent. Id ergo negat Deus, edicente fore, ut neque in patriam redeant, neque religionem antiquam rejiciant, quam prodiderunt, sed in Ægypto à Chaldaeis constituantur. Verba ergo textus sic ordiant, q. d.: *Nequam nomen meum vocabit, jurabique per me vir Judæus, qui est in totâ terrâ Ægypti.* (Corn. à Lap.)*

CHAPITRE XLV.

1. Parole que le prophète Jérémie dit à Baruch, fils de Nerias, lorsqu'il eut écrit dans un livre ces paroles que Jérémie lui dictait, la quatrième année de Joacim, fils de Josias, roi de Juda: Jérémie lui dit:

2. Voici ce que le Seigneur Dieu d'Israël vous dit à vous, ô Baruch:

3. Vous avez dit: Hélas, que je suis malheureux!

minus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni.

4. Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædificavi, ego destruo: et quos plantavi, ego evello, et universam terram hæc.

5. Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: et dabo tibi animam tuam in salutem, in omnibus locis, ad quæcumque perrexeris.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verbum quod locutus est Irmeiahû propheta ad Baruch filium Neriah, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Irmeiahû, anno quarto Jehoiaçim filii Josiahû regis Iehudah, dicendo: — 2. Sic dixit Dominus Deus Israel ad te, Baruch: — 3. Dixisti: Vae nunc mihi, quoniam addit Dominus tristitiam super dolorem meum: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni. — 4. Sic dices ad eum: Sic dixit Dominus: Ecce quos ædificavi ego destruo et quos plantavi, evello, et universam terram ipsam. — 5. Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, dixit Dominus: et dabo tibi animam tuam in predam in omnibus locis, ad quæ perrexeris.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — **VERBUM QUOD LOCUTUS EST**, id est, *Prophetia quam prophetavit*. Ordo historiae non servatur; nam quæ hic narratur, octodecim annis antequam urbem caperetur, prædicta fuere, anno videlicet quarto Joacim qui undecim annis regnavit. Nam si undecim annis regni Sedeciae addeceris septem ex annis Joacim, constitues octodecim. AD **BARUCH**, vel, *de Baruch*. (Absolutis prophetis ad regem ac populum pertinentibus, subjungitur quæ peculiaris, Grotius; ad id temporis probabiliter referenda quo Baruch post excerptas ab ore magistri prophetias, supra 56, 4, ad necem cum eo à Joacim conquistus, ibid. 26, illas ipsas jussu regis combustas jussus est à magistro rescribere, ibid. 32, et iterum regis offensam (duplicem, infra, hic 5, mortis causam) incurere, Tirin., post Lyrano et à Lapide.) (1).

VERS. 5. — **LABORAVI IN GEMITU MEO** (2), vel, *fati-*

(1) VERS. 2. — **HÆC DICIT DOMINUS DEUS ISRAEL**. Hic dicit Rab. Sal. quod iste Baruch ferebat molestè quod ipse non erat assuetus spiritum prophetie: quid dicit servierat Jeremie, sicut Josue minister Moysi, et Eliseus minister Eliae consecuti fuerunt donum prophetie. (Lyrano.)

(2) **DOLORUM DOLORI MEO**, id est, *dolorem alium super alium sine fine*; cum enim puto me ex uno dolore relevatum, alius mihi dolor nascitur. R. David, et R. Selom. dicunt Baruch duplici de causâ doluisse, et quod tam diu Jeremie propheta ministrasset, et nondum spiritus prophetie sibi datus esset, cum datus esset olim Josue ministro Moysi, et Eliseo ministro Eliae: et quod adhuc quæreteret, ut conjiceretur in exilium, c. 56, 26, propterea dixisse, *Addidit Dominus dolorem dolori meo*, id est, afflicti me duplici dolore: propterea etiam usum esse hæc phrasin: *Requiem non inveni*; quia cum datur alicui spiritus prophetie, dicitur requiescere super eum, ut à Reg. 2, 15: *Requiesce spiritus Eliae super Eliseum*; et Isai. 41, 2: *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientie et intellectus*. Subtilis interpretatio, sed habet nescio quid Rabbincum, et simile commentum. Quare malo simpliciter interpretari: *Addidit dolorem dolori meo*, id est, afflictum magis, ac magis in dies affligit: eadem phrasin, quæ David utitur Psalm. 68, 27: *Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, et super dolorem vulnerum addiderunt*; et versu 28:

Le Seigneur m'a ajouté douleur sur douleur: je me suis lassé à force de gémir, et je ne puis trouver de repos.

4. Voici ce que vous lui direz, dit le Seigneur: Je vais détruire ceux que j'ai édifiés, je vais arracher ceux que j'ai plantés, et je perdrai toute cette terre.

5. Et après cela, cherchez-vous pour vous-même quelque chose de grand? N'en cherchez point; car j'accablerai de maux tous les hommes, dit le Seigneur; et en même temps je vous conserverai la vie, et je vous sauverai, en quelque lieu que vous vous retirerez.

1. Verbum quod locutus est Irmeiahû propheta ad Baruch filium Neriah, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Irmeiahû, anno quarto Jehoiaçim filii Josiahû regis Iehudah, dicendo: — 2. Sic dixit Dominus Deus Israel ad te, Baruch: — 3. Dixisti: Vae nunc mihi, quoniam addit Dominus tristitiam super dolorem meum: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni. — 4. Sic dices ad eum: Sic dixit Dominus: Ecce quos ædificavi ego destruo et quos plantavi, evello, et universam terram ipsam. — 5. Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, dixit Dominus: et dabo tibi animam tuam in predam in omnibus locis, ad quæ perrexeris.

VERS. 1. — **VERBUM QUOD LOCUTUS EST**: flevi ad lassitudinem usque. (Vid. Ps. 6, 7.)

VERS. 4. — **QUOS ÆDIFICAVI** (1), etc., q. d., *partim occidentur, partim exultant; nam domus non transferuntur ut arbores.* (Vid. supra, 1, 11, q. d.: *cum totum hoc regnum malis à me immisissis exerceatur, tu solus grandia, id est, quietem raram et exquisitam quæras?* Menochius.) Tu ergo quæres tibi grandia? id est, donum prophetie. Ita Rabbini. *Mais, dit Calmet, laissez ces rêveries. N'est-ce pas demander une assez grande prérogative que de prétendre être exempt de maux lorsque son peuple et sa patrie avaient été réduits aux dernières extrémités?*

VERS. 5. — **DABO TIBI** (2), etc., q. d.: *Aliud conse-*

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, id est, magis ac magis eos puni. Iniquitas pro peccâ iniquitatis, ut sæpe observavimus. (Maldonat.)

(1) **QUÆ ÆDIFICAVI** EGO DESTRUO, regnum hoc totum, tantâ meâ curâ inchoatum, auctum, defensum, ornatum, everto. **ET QUOS PLANTAVI**, EGO EVELLO; intelligitur populus Israeliticus, quem in terrâ suâ veluti plantam in ammissum fundo collocaverat; conf. Exod. 15, 17. *Totum videlicet hæc terram destruat; explanatio causâ addit Chaldaicus: Et totam terram Israelicam, quæ mea est, Syrus: Et totam terram vastaturus sum; Græcus Alexandrinus hæc verba non expressit. Gocceius: Et cum totâ terrâ illud, scilicet, dicit, J. D. Machielis: Et tota terra tollit, id est, ita de illâ agit. — Venema: Tota terra hoc est, scilicet de quo dixi me eradice quod plantavi. (Rosenmüller.)*

(2) **QUÆRES TIBI GRANDIA?** Scilicet, minus prophete tandi, ait Vatabl. et Hebræi. Secundo et melius, *grandia* scilicet requiem et vitam prosperam sine dolore, molestiâ et periculo. Ita Theodoret. *Grandia ergo vocat raram, exquisitam et superfluum quietem: ut solus Baruch, populo toto afflictissimo quoque futuro, evellendo, et in captivitatem ituro, odio frueretur, nec se exponeret periculo, legendo librum populo, sed solus in Jerusalem miseriam, omni malo metuente liber videret, q. d.: Ignavus es, miles, qui pro salute populi non audes vitam exponere, solus vis oliari, nil vis pati pro conversione et salute populi. Et esto quod parum ad populum quæras; tenta altem, et quod tui est muneris facito atque cogita: si populares mei tam dira passuri sunt, quidni et ego leve aliquid patiar cum eis et pro eis? Nam, ut ait Sapient: Sicu-*